

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. II. Omittere omnes denuntiationes, seclusâ debita dispensatione, & justâ causâ, est peccatum mortale; secùs unam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

Disp. 11. De Contracitu & Sacramento Matrimonii.

750— videatur quoad verborum sonum alio modo exprimi, quam jure inerat: at ex tenore Decretri Tridenti manifeste habetur, non alio modo exprimi; quia dicit: *Vestigiis sacri Concilii Lateranensis inhaerendo: tum etiam, quia in clausula irritanti solū expressit præsentiam Parochi & testium. Hæc ille.*

11.
Impugna-
tur.

Alia impug-
natio.

Sed contra, dicit aliquis; si illa verba important formam & conditionem, ergo omisso denuntiationum vitiat actum, qui omissione formæ in quacumque minima parte vitiat actum. Dicere autem; solū vitiat actum, quia non ritè & rectè celebratur Matrimonium, videtur esse petitio principi; quia idem est, ac dicere, non important formam & conditionem, de quo queritur.

Deinde; certum est, quod Tridentinum amplius aliquid exigat, quam Concilium Lateranense, scilicet trinam denuntiationem, tribus continua diebus festivis, quæ trina denuntiatione non erat necessaria iure antiquo, ut clarum est; & tamen rectè dicitur inhaerere vestigiis Concilii Lateranensis: ergo tametsi Matrimonium foret irritum, quod celebatur non præmissis denuntiationibus, adhuc rectè dici posset, Concilium Trident. præcipere illas denuntiationes inhaerendo vestigiis Concilii Lateranensis.

Dic ergo: illa verba Trident. *Quibus de-*
nuntiationibus fatus &c. non importare for-
mam seu conditionem propriè dictam, ut
colligitur ex subjecta materia, & aliis cir-
cumstantiis, de quibus sup. in probationibus
nostræ sententia; estd aliquando ablativus
absolutus importet conditionem propriè di-
citam, seu formam substantialem.

12.
Inflammati-
on.

Diluitur.

Si urges: forma nihil aliud est, quam quedam ordinata series, rem ad substantiam deducens: sed Tridentinum ibi confituit ordinem, quo procedendum est ad celebrandum Matrimonium; nempe, ut præcedant denuntiationes, & fiant tribus diebus feriatis continua, & tandem coram Parocho & testibus ergo totus is ordo est de essentiiali forma.

Negatur Consequencia: quia tunc solù totus ordo est de essentiiali forma, seu constituitur ut forma substantialis, quando ex aliis verbis seu circumstantiis non colligitur oppositum, sicut hic colligitur, ut pater ex antedictis.

13.
Vtimum-
arg. Adver-
sariorum.

Resp. San-
chez.

Ultimò argumentantur Adversarii & dicunt: factum contra legem pro infecto habetur, l. *Non dubium, Cod. de LL. ibi: Ut ea,*
qua lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non
solum inutilia, sed pro infectis etiam habentur.
Et Reg. 64. de Reg. juris in 6. sic ait: *Quæ*
contra jus sunt, abeant utique pro infectis ha-
beri. Sed Matrimonium non præmissis de-
nuntiationibus celebratur contra jus; ergo
haberi debet quasi infectum, & est irritum.

Responder Sanchez sup. intelligi eos tex-

tus, ut factum contra legem habeatur præfecto, quando lex statuit formam subtiliæ actus; secùs quando ex eo colliguntur solam formam & modum, ut rectè fiat prædicta scribi. Hæc ille.

Enimvero certissimum est, sepius Matrimonia celebrari contra jus, que tamē concursum omnium calculo sunt valida, arg. in Pet. 17. *Ad Apostolicam, 16. de Regulari Matrimoniis probibentur, que si facta fuerint, obstat boris firmitatem. Audimus Concilium in Reg. 64. Nonnullis casibus ab hac Reg. disceditur: veluti in Matrimonio contrahacto simplex continentia votum, vel causa interdictum Ecclesiæ, vel cum negligatur id est, cum ea, quam quis ante Baptismum in fidei Christiane articulis instituit. Hæc ille. Quidam possunt addere: in Matrimonio non præmissis denuntiationibus contrahatur Nihil obstat, ut manifestum est etiam dictis. Vera itaque permanet Concilium in stra, scilicet Tridentinum præcipientia denuntiationes absque irritatione Matrimonio.*

Rogat aliquis; an precipiatur operatio mortali? Respondeo:

CONCLUSIO II.

Omittere omnes denuntiations, seclusâ debita dispensatione, & justâ causâ, est peccatum mortale: secūs unam.

P Rima pars, scilicet peccati lethi Pachochum, afflentem Matrimonio, & contrahentes, non premisit illa denuntiatione, est communis DD. sententia; et illa ea dicetis non sit excommunicatio Synodus ecclesie contra omittentes, & Parochus sedulius operari sufficientem diligentiam ad exercitandum, an sit impedimentum.

Probatur 1. ex verbis tum Concilii Lateranensis, tum Concilii Tridentini, quoniam rigorosum præceptum in matrimonio sequi possunt multa mala, scilicet Matrimonia invalida, & per consequens peccata fornicationis, aut etiam adulteria. Quoniam igitur hoc præceptum graviter obligatum ubi non est excommunicatio Synodus contra omittentes? Nisi enim omisso illud in grave materia, immoritò Synodus excommunicaret omittentes; cum excommunicatio major, quam hæc intelligo, sit peccatum improporionata peccato veniali.

Sed neque diligentia Parochi hoc supponit, factis quippe denuntiationibus, certum est, ut ad populi noitiam perveniat Matrimonium, & magis timent omnes impedimentum occultare, quod norunt: & ei qui valeret ea diligenter, transgreditur Pachochum.

rochus præceptum grave, formam diligenter praescribens. Ita Sanchez supr. num. 6.

Sed dicer aliquis: hoc est, quod queritur; an sit præceptum grave, sive an graviter obliget illud præceptum, quando alio medio obtinetur finis ejus, id est, certè fuit nullum subesse impedimentum. Et leviter obli-

gare docet Petrus de Ledesma (teste Sancho

supr. n. 5.) de Matr. q. 45. a. 5. puncto 3.

dub. 1. conclus. 1. & 2.

Quæritur omnino; an sit præceptum gra-

ve, & jam probavimus, saltem in aliquo casu

denuntiationes graviter obligare: igitur pro-

bandum manet Ledesma, qui idem admittit,

in hoc casu solum leviter obligare; hoc au-

tem non sufficiens præstat, dicendo, finem

legis in eo casu cessare; cum, ecundum com-

munes sententiam Theologorum, cessante

fine legis in casu particulari, solum negativæ,

velut hic cessat, non cessat ipsa lex, nequi-

dem quoad gravitatem obligationis.

Hinc lex irritans Matrimonium, aliter

contractum, quam præiente Parocho, æquè

graviter obligari in casu, in quo per aliud

medium sufficiens potest constare Ecclesia

de Matrimonio contracto, et si tunc cesset fi-

nis legis. Sicut ergo in hoc casu non sit levis

forma illa contrahendi, præcripta à Concilie

Tridentino, tametsi hic & nunc cessent

inconvenientia, propter qua evitanda talis

forma præcripta fuit; & veluti jejuniū

Ecclesia non definit graviter obligare, et si

hic & nunc cesset mortificatio carnis, quæ est

finis ejus; simili utiq; modo in casu præsenti

denuntiationes istæ non sunt materia levis,

tamen per illam diligentiam Parochi cesset

periculum invalidè contrahendi ob aliquod

impedimentum durissimum, quod jam fuit

nullatenus subesse. Fatoe, colligitur gravitas

materiarum ex fine; sed ex fine, quem per se

habet materia seu actus præceptus. Hic au-

tem in casu præsenti gravis est.

Quod vel ex eo etiam probatur; quod

Tridentinum ead. l. 5. contrahentibus

ignoranter in gradibus prohibitis, omissois de-

denuntiationibus, negat spem dispensationis

obtinendæ, subdicens: Non enim dignus est,

qui Ecclesia benignitatem facile experiat, cu-

ju salubria præcepta temere contempnit. Ergo

manifestum est, hoc præcepto voluisse obli-

gare ad mortale; siquidem omittentem, vo-

cat temerarium contemptorem, cuius nomi-

ne indignus est ob solam venialem culpam;

& ob solam eam, alienum est à more & Ec-

clesia benignitate, rigidissimumque, spem

dispensationis negare. Ita Sanchez sup. n. 6

Atende etiam penas, constitutas Ma-

trimoniis clandestino (quale illud est) in Cen-

cil. Generali Lateranensi cap. fin. de Cland.

desponf. ibi: Si quis verò hujusmodi clandesti-

na, vel interdicta conjugia, inire præsumperit

in gradu prohibito, etiam ignoranter, faboles de-

tali conjunctione suscepit, prorsus illegitima

censeatur. Et infra: Sane si Parochialis Sacerdos

tales conjunctiones prohibere contempserit, aut

quilibet, etiam Regularis, qui eis præsumperit

interesse, per triennium ab officio suspeditatur, gra-

vius punendum, si culpa qualitas poena averit.

Quis non videt, has penas esse latas gra-

ves, ut non solum post Tridentinum; sed

etiam ante, culpa fuerit lethalis clandestinæ

contrahere? Et hoc tamen etiam negat Ledesma.

Ledesma sup. puncto 1. dub. 3. conclus. 1. &

2. teste Sanchez sup. n. 5. Sed negat sine suf-

ficiente fundamento.

Ceterum, quando expediret denuntiatio-

nes prætermitti, Tridentinum id remittit

Omissio de2 numisatio-

arbitrio & prudentia Episcopi. Ergo suppo-

nit rem esse gravem, & intendit suo præcep-

to graviter obligare. Non est itaque (inquit trius & præ-

Aversa hic q. 7. sect. 1.) levius materia. Nec

denita Episcopis copiæ.

Aversa.

nuntiationes in alias diligentias commutare,

& ob notitiam aliunde habitam, prætermitti

tere denuntiationes. Tum, quia Ecclesia

specifice præcipit talem diligentiam, non

reliquens sub arbitrio aliorum hanc vel si-

milem. Tum, quia per denuntiationes, quæ,

cum publicè fiant, devenerunt ad aures pluri-

morum, facilius & certius detegi poterunt

impedimenta. Tum, quia Ecclesia intendit

etiam hanc publicitatem & solemnitatem, ut

Matrimonia omnibus propalentur. Hec ille.

Et statim subjungit secundam partem

Conclusionis nostræ, quæ magis dubia est,

dicens: Admittunt tamen aliqui, quos sequi-

tur Sanchez lib. 3. disp. 5. n. 7. Item Gutie-

rez c. 57. n. 1. Barbofa de Potest. Episc. p.

2. alleg. 32. num. 2. Villalobos to. 1. Sum.

tract. 13. disp. 24. n. 3. Dia. par. 3. tract. 4.

resol. 236. non fore mortale, si prætermittat

una ex tribus denuntiationibus, quan-

do jam esset moraliter certum, non subesse

aliquod impedimentum; quia hæc esset par-

italis ac levis omissione.

Sed hoc non facilè admittendum censem

Coninck d. p. 27. dub. 5. conclus. 3. dicens:

Parochum, id facientem, mereri graviter ab

Episcopo puniri. Et similiter Pontius lib. 5.

c. 30. n. 3. Et quidem stante lege & usu, ut

fiant tres denuntiationes, posset esse, ut ali-

quis expectare vellat tertiam ad detegendum

impedimentum. Debet ergo Parochus om-

nes tres præmittere ad Matrimonium. Ita

Aversa.

Planè debet præmittere; sed quodd sub

peccato mortali, hoc est quod queritur, &

quod hic Auctor non satis aperte resolvit;

quamvis videatur magis inclinare in senten-

iam Coninck & Pontii.

Sed quæ ratio hujus sententiae? Coninck

sup. ait: Credo talem Pastorem ab Episcopo

Ratio Co-

gravi-

23.

Oppositum

Coninck &

Pontius,

Omissionem

unius de-

nenuntiationis

non esse mor-

alem, docent

Sanchez,

Gutierrez,

Barbofa &

alii.

Quibus fa-

vet Aversa.

ninth rejecti-
graviter puniendum. Et merito, quia haec res
tur.
non debet Parochorum arbitrio relinquiri. Sed
quis relinquiri hanc rem Parochorum arbit-
trio? Quippe omnes docent, eum venialiter
peccare. Et qualis Consequens; non debet
haec res Parochorum arbitrio relinquiri; ergo
talis Parochus ab Episcopo est graviter puni-
niendus? Nunquid bene sequitur: Lectio
horarum Canonistarum non est relinquenda
arbitrio Parochi; ergo pro omissione partis
non notabilis, talis Parochus debet graviter
ab Episcopo puniri?

Nostra autem doctrina contendit, omissione
nem unius denuntiationis non esse partem
notabilem materie praceptarum, sed partiale
levem. Cujus oppositum pro ratione sua
sententiae adducit Pontius supra, dicens: Et
ratio est: quia omissione unius proclamationis
non est materia levis, ut constat ex fine, ad
quem ordinatur.

24.
B
Sacra
Ratio Pontii:
Impugnat
tur.
Sed contra: etiam finis lectionis horarum
Canonistarum gravis est, & tamen datur
omissionem levem ex parvitate materie, quando
videlicet illa omissione non multum repugnat
isti fini; jam autem appetit nobis, omissionem
unius denuntiationis non multum re-
pugnare fini istius pracepti, qui est detectio
impedimentorum; quia haec detectio facile
potest haberi, quando praecesserunt duas de-
nuntiationes, ut patet ex cap. fin. de Clanc-
dest. Despons. ubi solum requiritur una de-
nuntiatione.

25.
Respondetur
ad rationem
Aversa.
Quod ergo supra dicebat Aversa: Posset
esse, ut aliquis expectare vellet tertiam ad de-
tegendum impedimentum; hoc, inquam, est
de raro contingibus, & idem non satis
probat, omissionem unius denuntiationis
graviter repugnare fini illius pracepti;
maxime quando aliunde certò constat, nul-
lum subesse impedimentum.

Adde: primam denuntiationem obliga-
re; præsertim cum scient homines, sœpè
in aliquibus dispensari. Et quia non sunt
multiplicanda peccata mortalia, absque so-
lidissima ratione, quam hactenus non vidi-
mus, hinc elegimus sententiam Sanchii &
Aliorum.

26.
Sententia
Dicast. de
hac contro-
versia.
Sed ad majorem adhuc elucidationem,
placet audire Dicastilem hic disp. 3. dub.
25. n. 214. Quod omnes (denuntiationes)
omittere sit mortale, non video, quia ratio-
ne possit negari; cum earum omissione sit res
gravis, & illæ præcipiantur tanquam me-
dium, prudentissime à Concilio necessa-
rium, vel validè utile reputatum, in ordine
ad præcavenda Matrimonia irrita ob impe-
dimenta dirimantia, & ad viranda alia dan-
na, quæ ex Matrimonio occultè contracto,
sequi aut timeri possent.

De una verò non possum negare, esse re-
prehensione dignissimum Parochum omit-

tem; nec possum non videre, Triduum
num non reliquise in hac re arbitrium, Dic-
astro, sed Episcopo; nihilominus quoniam
evidenter constat, nullum esse impedimen-
tum, non appareat magnum inconveniens
quantum ad periculum præcavendum.

Absolutè tamen puto esse grave pen-
sum, propter non servatae unitatem, Dicastil-
lo quod etiam attendi debet; aliquam, si dicatur
evidencia & certitudo, quod nullum si
pedimentum, satis est, ut non peccetur
viter, unam omitendo, etiam non peccetur
graviter omitendo omnes; quia non
quæ probat pro una, probat pro omnibus
tempore evidencia nullius periculi. Quod
recurras ad unitatem servandam in re
grave, hoc ipsum debet habere vim in quo
si omittatur. Hucusque Dicastillo.

Respondeo: procedubò major diffi-
citas, dum omnes denuntiationes omi-
nitur, quam dum una sola; ergo dicatur
non debet habere vim in una, quia non
Velut, major est differentia de
nominis horas Canonicae omitti una pars
minima pars earum; & ideo hoc non
in omissione omnium, non habet vim in
omissione minimæ pars.

Itaque admittimus, trimes denuntiationes
esse rē gravem; & idem omni modo differen-
tiam in re tam gravi, esse mortali, ne in
gamus, unam denuntiationem esse rem grave-
rem, & consequenter deformitatem in una
denuntiatione esse rem gravem; se prode-
dicimus, eam non esse peccatum mortale, ta-
metis deformitas in omnibus sit peccatum
mortale.

Alioquin in re se gravi, nunquam da-
bitur peccatum mortale ex parvitate materie;
quia semper enim deformitas in re grave
quod patet esse falsum in exemplo super-
ficio de lectione horarum Canonistarum
in exemplo voti tum culturis, tun-
tatis & obedientiarum, in furore futili
praceptis.

Vel si dixeris: in his exemplis omnia
formitatem in re gravi, sed tantum in
vi; idem ego dicam in nostro casu, vel
datur diversitas, & probet aliquis, senti-
mentum denuntiationem esse materiam gravem; ne
neque ex fine, neque ex deformitate singula-
rū sufficienter fieri; & idem maxemus in pri-
resolutione, ac progrediun ad 3. parte
Concl. ex qua etiam secunda confirmabitur.

Sic ergo ait Sanchez sup. n. 8. (probemus)
retulit doctrinam Henriquez l. 11. de Mat-
c. 7. n. 1. in Com. lit. C. esse scilicet pec-
catum mortale, si denuntiationes non fiant in
bus Festis continuis, licet fiant ter interpo-
latæ, quia contravenitur praepro Tridu-
tini) sic, inquam, ait: Sed rigidum videtur
hoc; non enim materia adeo gravis appa-
re;

& idèo temperarem, quando magnum intercederet spatiu inter unam & alteram denuntiationem. Quia sic parochiani illarum obliviscerentur: non tamen damnarem ad mortale, cù quòd una aut altera dies festiva intercedens, illas discontinueret. Hæc ille.

Quem sequitur Dicastillo suprà num. 217, in fine, ubi relatà sententiâ Sanchez, actuum subjungit: Placet hoc; immo ex causa nullum esset peccatum, ut si ex accidenti in proximo Feso nullus esset accusus populi, & in sequenti speraretur fore. Neque enim contra legem operatur, qui sensu & intentioni Legislatoris adhaeret. Hæc ille. Immò Præpositus hic o. 4. dub. 15. num 15. ait: In quibusdam Provinciis videtur utilitius, ut denuntiations fiant diebus Dominicis aut Festis discontinui.

Ego autem quaro: si hic potest dari aliqua discontinuitas, quæ solum est venialis, cur non etiam in numero denuntiationum? Nam etiam hæc continuas Festorum per se graviter obligat, velut numerus denuntiationum. Interim ex partite materia aliquæ discontinuitas Festorum potest esse solum venialis; quia videlicet parum obest fini, à Concilio intento, qui est, ut facilius sic detegantur impedimenta; si enim denuntiations essent nimirum distantes à se invicem, parochiani vel illarum obliviscerentur, vel ob longum spatiu desideres reddenter ad impedimenta detegenda. Jam autem potest dari aliqua discontinuitas Festorum, quæ non multum impedit detectionem impedimentorum, & idèo solum sit peccatum veniale.

31. Rogat aliquis; quæ sit illa continuitas Festorum, quæ requiritur à Tridentino, quando ait: *Tribus continuis diebus festiuis.* Respondet Sanchez lib. 3. disp. 6. n. 8. Continuitatem, quam Trident. postulat, ex ipsis fine, & aliis Concilii Provincialibus, colligitur esse, ut non excludat dierum ferialium, sed aliorum Festorum mediationem; ita ut inter unam & alteram denuntiationem, factam diebus festiuis, per diem tamen ferialium intervallum, non medient alia Festa.

Et ratio est: quia si sunt ita sibi immediatae denuntiations, non suppeteret tempus ad excogitanda, & opponenda impedimenta: nec debent esse tam discontinuae, & à se invicem distantes, ut Parochiani vel illarum obliviscantur, vel ob longum spatiu desideres reddenter ad impedimenta detegenda.

Et si una tantum denuntiatione facienda sit, omisssis duabus non statim Matrimoniis

nium celebrandum est; sed aliquo temporis spatio expectandum est, alias videtur nullius momenti illa denuntiatione. Hæc docet Segura 2. par. direct. c. 16. n. 20. & 21.

Si petas autem, quantum tempus mediare debeat? Non potest certa regula praescribi, sed prudentis arbitrio, attentâ notitiae, qua communiter habetur contrahentium, & impedimentorum periculo, relinquendum est: communiter tamen satis videtur, si duo dies intercedant inter unam & alteram monitionem. Hæc Sanchez.

Sed non omnia placent Dicastilloni, qui suprà num. 216. sic scribit: Suffici, si Attento præcisè jure Concilii Tridentini, quæ obest, quod inter dies festivos mediant aliqui non festivi: immo id prodest poterit fini, intento à Concilio; facilius dies non festivi, enim sic detegentur impedimenta. Neque etiam necessarium est (quidquid Alii dicunt) atento præcisè jure Concilii Tridentini, quod inter dies festivos sint aliqui feriales, ita ut non sint tres dies continuui. Quamvis enim continui sint, & sibi immediatè succedentes, satisfit Decreto Tridentini, in quo tantum dicitur: *Tribus continuis diebus festiuis.*

Dixi: Attento præcisè jure Tridentini; quia si aliquid vel per Constitutionem Synodalem, vel Concilii Nationalis aut Provincialis statutum fuerit, ut sit aliquod intervallum inter unum & alterum diem festiui, servandum est; non quidem virtute Tridentini, sed virtute particularis Constitutionis; qualis facta fuit à Concilio Provinciali Coloniensi sub Adolpho Archiepiscopo c. 32. & in Mogunitio sub Sebastianio c. 38.

Quamvis autem tribus diebus immediatis fiant denuntiations, sufficiens tempus ordinariè judicatum est à Tridentino, quid dicat Sanchez sup. num. 8. & Perez disp. 43. Sect. 2. num. 2. ubi falso allegat Perez, proxim; quamvis enim in locis ubi ipse fuit, aut in Auctoribus, quos legerit; sic habetur in praxi, aliis in locis non curatur tale intervallum, de quo mihi etiam constat; tum, quia fuit occasio de hac re in praxi judicandi; tum, quia sic intellexi sapè à peritis & expertis Parochis & aliis. Hucunque Dicastillo.

Et, ut verum fatesar, verba Tridentini *Ex fine Trid.* non important tale intervallum, neque *sive ex aliis Concilii* colligitur necessarium sive ex fine ipsis, sive ex aliis Concilii Provincialibus; cùm enim illa Concilia præcesserint Tridentinum, si PP. Tridentini, inter quos inducere erant, qui probè noverant Decreta illorum Conciliorum, voluissent tale intervallum præcipere, claris verbis, sicut præ-

Cccc

di-

Quantum tempus mediare debeat.

Attento præcisè jure Concilii Tridentini, non est nece-cessus usum dies non festivi.

Dicastillo.

Quid in praxi obser-vetur.

Perez Sanchez.

Quid in praxi obser-vetur.

Perez Sanchez.

Disput. II. De Contrahitu & Sacramento Matrimonii.

dicta Concilia, illud intervallum exprefſſerent, cū ergo id non fecerint, pro libertate videtur esse judicandum; arg. cap. 57. de Reg. juris in 6. *Contra eum, qui legem dicere potuit aperiūs, est interpretatio facienda.*

35. *Probatur ex fine non colligi.*

Quantum ad finem Concilii, ille potest obtineri, etiam in isto casu; nam ſpatio diuum dierum facile poſtuli deferrit impedimenta, fi quas occurrerint; & dicatur, quod ſicut quando una tantum fit denuntiatione, non immediate poſt illam factam celebrandum eft Matrimonium; ſed dandum eft aliquod tempus, ut Dicatillo sup. num. 217. cum Sanchio docet, ut poſſint opponi impedimenta, ne fruſtretur finis Concilii; ſic itidem poſt ultimum denuntiationem, adhuc dandum eft aliquod tempus; quod colligit Dicatillo sup. ex verbis Tridentini: ait enim: *Quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesie procedatur.*

Supponit ergo Concilium (inquit Dicatillo) ita procedendum eſſe ad celebrationem, ut potuerit prius opponi impedimentum, non potuſſet autem moraliter opponi, niſi per aliquod tempus, arbitrio prudentis ſufficiens, expetetur poſt ultimam, vel poſt unicam denuntiationem, quando unica tantum fit. Hæc ille.

36.

Igitur non auderem dampnare Parochum, qui tribus diebus Paſchatis denuntiaſerat Matrimonium, &c. juxta cap. fin. de Clandest. despons. Competenti termino praefixo, ut intra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat, ad celebrandum Matrimonium in facie Ecclesie procederet, niſi praxis foret in contrarium. Cenſetur autem (inquit Averfa hic q. 7. ſed. 1. §. Adnotari tamen) regulatior ſpatium commodum & ſufficiens duorum dierum.

Videtur ſufſicere tempus duorum vel trium dierum.
Pontius.

Et Pontius lib. 5. cap. 30. num. 8. ſic ait: In nonnullis Ecclesiis prudenter conſtitutum eft, ne ipſo die ultimæ denuntiationis contrahatur Matrimonium, ſed duobus aut tribus elapsis diebus. Sic habetur in Constitutionibus Mediolanensis tit. de Sponsalibus cap. 13. & in Regimine Ecclesie Bononiensis p. 3. de Sacramento Matrim. pag. mihi 168. col. 1. Et idcirco etiam praecipitur, ut ſi temporis angustiae urgeant, ſtatim poſt tertiam denuntiationem celebrari Matrimonium, in ſeunda denuntiatione populus moratur, denuntieturque ſtatim poſt tertiam denuntiationem Matrimonium eſſe in facie Ecclesie celebrandum.

37. Idemque mihi videor colligere ex quadam Declaratione Cardinalium apud Re-

bellum num. 12. in qua praecipit Parochio, ut in illis Regionibus, in quib[us] ſtatim tribus factis denuntiatione carnaliter cognoscunt, Episcopus videat, ut Parochus ultima denuntiatione abſoluta, in Matrimonio ſubito illas coniungat, ad stupri periculum evitandum. Ergo ubi ababus ille non eft, non fucto dem die coniungendi, niſi accedit his copi licentia, ut habeat Constitutio Mediolanensis loco citato. Hæc ille.

Qui etiam ibidem num. 10. obtemperat non multo elapſo tempore poſt denuntiationes Matrimonium eſſe contrahendum. Acta Mediolanensis loco citato cap. 2. praecipiunt, ut intra duos menses coniungatur, quibus elapsis, neque coniungit Matrimonium, niſi premissi inter denuntiationibus, aut niſi de licentiis papali remittantur. In Regimine Ecclesie Bononiensis p. 3. cit. p. 158. col. 1. injungit, ut elapsis illis diebus abibus, ab ultima denuntiatione, non procedat Parochus ad celebrandum Matrimonium, niſi prius admodum legimus Archiepiscopo, & licentia in scriptis obtenta, vel à Generali Vicario.

Inter Declarations autem Cœti extra quædam apud Rebellen loco citato n. 3. & Farinacum pag. 266. in fine, ut dicitur in Congregatione Cardinalium approbatum fuſſe Decretum Ravennatis Concilii 2. quo eam et, u[er]o, qui peractis denuntiationibus, intra quatuor menses non coniungant, non poſſunt contrahere, niſi iurum peractis denuntiationibus, arbitrio tam[en] Episcopi. Et quidem merito, quia poterit longo tempore, ut denuntiationes elapſo, ſupervenient, dimittentur ex affinitate aliqua. Hæc Pontius.

Sed Declarations, quæ hincq[ue] non puto eſſe authenticas, ſalutem stat mihi, tales eſſe poſt Urb. 8. le Cœtuſe tationes tam Mediolanensis, quam bononiensis, liquet universalem Ecclesiam obligare, niſi ab ea recepta fuerint, & in quantum fuerint recepta. Porro certum recepta ſunt, inquantum per Rotulæ Romanum Tit. de Sacramento Matrim. statuitur: Si vero infra duos menses, p[ro]p[ter]as denuntiationes, Matrimonium non contrahatur, denuntiationes reperantur, ut aliter Episcopo videantur.

Si autem à me queritur, quis denuntiationes debeat, & quo loco? Respondet: